

V 00

M. A. N. 407.

Johann G.

n. 15. weissen Schrift

M. VI. 97.



Verfassen

R A T I O

ineundæ Concordiæ

inter Ecclesias Reformatas.

Siue

Quibus modis occurri possit mirificis
artibus, quibus Pontificij per quosdam impruden-
tes Theologos vniuersas Christi ecclesias potissi-
mum autem & primum Germanicas pessundare
conantur.

*Dissipa Domine consilium
Achitopelis.*


1579.

O L T A R J
Candido Lectori S.

A Uthor huius scripti (beneuole Lector) primum tristissimas calamitates quibus Respub. Christiana enertitur, deplorat: Luculenteq; ostendit, hac mala ex contentionibus, quae sunt inter Theologos, qui Reformatam Religionem profitentur, maxime proficisci. II. Reuerenter & obnixè Reges, Principes & Potentatus Euangelicos orat atque hortatur, ut rectè & integrè controuersiarum causas quae sunt in Religione cognoscant, quò certius faciliusq; ea quae ad salutem necessaria sunt, ab ijs quae non sunt necessaria discernere queat. Nam manifestè ostendit has inter Theologos controuersias esse praecipue, de rebus ad salutem non necessarijs. III. Proponit media facilia & usitata quibus res controuerse componi possint. IIII. Perspicuè demonstrat aliquot Theologos haecenus conuitijs, calumnijs, detractationibus, mendacijs & similibus superbiorum, ambitiosorum & contentiosorum virorum insanis affectibus Remp. perturbasse, & vere Religionis progressum impediuisse. Nunc verò quosdam summa cura in id incumbere, ut Reges & Principes Euangelicos inter se committant, pacatasq; Ecclesias praetextu pacis constituenda perturbent: ut hisce dissentionibus & contentionibus distracti & diuisi, eò facilius omnes ab hostibus opprimantur atque funditus enertantur. At quoniam haec atrocissima horrendaq; consilia & actiones, mira arte & singulari artificio instituta sunt & promouentur, maximis precibus à Regibus, Principibus & Potentatibus Euangelicis contendit, ut ijs idoneè perspectis, si Rempub. saluam esse, si libertatem Euangelij retinere, seq; ab execranda Pontificia seruitute liberare, puramq; conscientiam retinere uolint, ea maturè auertant, quae ipsis imminent certòq; sunt euentura, nisi ipsis tempestiuè occurratur. Deus optimus illorum mentes illuminet cordaq; moueat, ut insidijs aduersariorum uerè cognitis, ea diligenter & sincerè praestent quae ad gloriam Christi promouendam, eorumq; salutem & Rempub. confirmandam pertinent. Amen.

3

Breuis & dilucida declaratio, qua ratione controuersia³
quæ nunc sunt inter Ecclesias reformatæ religionis, componi
& finiri possint. C. Q. D. A. nobili viro auctore.

 VONIAM Christianos omnes decet, omnibus mentis
ingenijq; viribus in id incumbere, vt Christiana Reli-
gio (quæ Christi est gloria) promoueat: eaq; maturè
tollantur, quæ eius progressus & incrementum remo-
rantur: ego ea media quibus hæ controuersia, quæ nunc inter
Ecclesias reformatæ Religionis sunt, à multis prudētibus summiq;
iudicij viris facilè componi posse intellexi, paucis complectar &
referam: ea spe adductus, si illa non sint profutura, quod tamen
aliqui, hoc pio meo conatu incitabuntur, ad commodiora propo-
nēda: vt eorum salutaribus cōsilijs, Regum, Principum & Rerump.
Protestantium animi, eò facilius ad pacem Ecclesijs Euangelicis
afflictissimis & perturbatissimis restituendam, impellantur. Quis
enim clades quæ ob has contentiones euenerunt referre? Quis
myriades pijsimorum hominum, qui crudelissimè nefarieq; oc-
cisi sunt recensere? Quis tot ciuitatum euersiones, totq; amplissis
marum Prouinciarum expilationes, vastationesq; idoneè com-
morare posset? Quis uè tam duro tyrannicoq; animo est, qui hæc
sine lachrimis ingentiq; dolore esset auditurus? Verùm si quis
præsentem Reipub. Christianæ statum penitus intueatur, facilè
iudicabit, multo adhuc grauiora metuenda esse, nisi ijs tempestiue
occurratur. Nam certum est Pontificios fideliter ac diligenter
inter se consilia communicare, opes conferre, nullisq; sumtibus
nec laboribus parcere, vt disinctos Protestātes (data ea occasione
quam cupidissimè expectant) funditus euertant.

At quoniam quidam censent fœdera ineunda esse, & de medijs
conueniendum quibus Protestantes hostium viribus resistere,
eorumq; conatus infringere queant: ego mihi ignosci peto, si di-
xero frustra hunc laborem suscipi hæcq; cōsilia agitari, priusquam

A ij

à Pro-

4
à Protestantibus pax in Religione restaurata sit. Nam multis exemplis inferri atque probari potest, foedera saepe magis nocuisse, quam profuisse: & certè inter prudentes Principes illa non sunt admodum necessaria: cum illi satis norint, quid ex usu Reip. & è re ipsorum sit. Nam si quis amore Reipub. vel studio sese, resq; suas conseruandi ad id praestandum, quod ab ipso petitur non impellatur, nomine foederis parum mouebitur. Deus igitur merito à pijs omnibus, assiduis precibus orandus est, vt Regum & Principum Protestantium corda moueat, eorumq; mentes suo Spiritu illustret, vt illi tandem serio de medijs cogitent, quibus sublati harum controuersiarum causis, pax certa, aut saltem tolerabilis & moderata concordia inter ipsos constituatur. Nam reconciliatis partium animis, paceq; æquissimis medijs restituta, sperandum est Principes Euangelicos, sibi inuicem (vt christiana charitas requirit) vltro lubenterq; subuenturos esse: si vis alicui inferatur, aut iniuria manifestè afficiatur.

Inter Ecclesias Euangelicas praecipuae controuersiae haec sunt:
*De Cæna Domini. De Prædestinatione seu Prouidentia Dei.
Et de Persona Christi.*

De Cæna Domini.

DVAE sunt praecipuae inter Theologos factiones. Altera eorum quos Lutheranos vocat, altera quos Calvinistas. Lutherani in hoc capite errorem illum quem tribuunt Zuinglio Calvinistis obijciunt: videlicet, quod verum corpus Christi in sacra Cæna à pijs verè comedi, & eius sanguinem verè bibi negent. Hi verò respondent impudentem esse calumniam. Calvinistae vicissim vocant Lutheranos Cyclopes & Capernaitas, quod Christi corpus in pane latere, ore accipi & (vt quidam loquuntur) labijs tangi, dentibus teri, & in ventriculum descendere asseuerent. Lutherani verò hæc sua verba ab illis malignè inuerti & in alienum sensum torqueri conqueruntur. Hinc inter aliquot Theologos
vira-

virulenta illa conuitia, iniuriæ, detractiões, calumniæ, calumniarumq; absterfiones promanarunt, ac noua inauditaq; maledicendi verba excogitata.

Hæc verò cùm manifesta sint, quis miratur si Põtificij Religio- nem ipsis à suis maioribus tot seculis inuiolatè traditam constanter retineant: & seriò de medijs cogitent, quibus oppressis aduersarijs, eorum Religio sola prædicetur. Vos Reges & Principes qui de luce Euangelij tantopere gloriamini, & has perniciosissimas contentiones otiosè intuemini & fertis, existimatis ne Deum innoxium Christianorum sanguinem qui vestra culpa effunditur, à vobis vestrisq; non esse aliquando repetiturum? nec tam manifestum sui verbi contemptum seuerè vlturum? Sed mediã proponamus, quibus Reip. consuli possit. Veràm priusquam illa explicemus, notandum est, inter partes in hoc capite nullam esse de vera & salutari manducatione corporis Christi in sacra Cœna controuersiam, sed tantum de modo præsentia Sacramentalis & manducatione corporis Christi: quæ hac ratione non incommodè finiri posse multis videtur.

PRIMUM. Vt communi Principum Germaniæ Euangelicorũ consensu Synodus generalis (vt quidam Germaniæ Principes & multi doctissimi Theologi sape alijs Principibus proposuere, & vt maximè necessariam magna contentione vsere) instituatur: in qua ipsi præsent: vel eorum nomine, viri politici & sapientes qui rei magnitudinem intelligant, & sua autoritate pios & moderatos Theologos tueantur & conseruent, ambitiosos autem contentiosos & superbos in officio contineant: Nam si hæ controuersia solis Theologis consideranda & transigenda committantur certum est tam acerbum & inueteratum odium esse, vt illi hæ negocia sint implicaturi & perturbaturi potius, quàm piè & christinè composituri. Serenissima Angliæ Regina, Germaniæ Principibus Protestantibus amanter significauit, se lubenter ad Synodũ illam suos commissarios missuram esse, si de loco & tempore tempestiuè

pestiuè admoneatur: sperandum est multos quoque alios Protestantes Principes & Potentatus, suos vnà ablegaturos esse, vt communi omnium consensu & authoritate, concordia faciliùs ineatur & inita certior sit atq; diuturnior.

Perpendant nunc Euangelici Principes an moris non fuerit in veteri Ecclesia, vt is Imperator, Rex aut Princeps, ei Synodo quam instituebat, aut concilio generali quod indicebat, præflet: vel ij qui ab ipso eligebantur constituebanturq; viri politici, prudentes & summi iudicij, vt eo munere fungerentur. Quod si mos ille à tot potentissimis Imperatoribus, tot Regibus & Principibus prudentissimis, à tot quoque pijssimis & doctissimis Theologis utilis & maximè ad finiendas controuersias, necessarius hætenus agnitus, receptus & probatus sit, cur hoc tempore perturbatissimo rejiceretur? si alia expeditiora non proponantur media.

II. Petant Præfides illi à colloquutoribus, vt à nominibus illis seditiosis factiosis & odiosis, vel plus æquo (vt Pauli verbis vtar) carnalibus Lutheranorum & Calumistarum abstineant. Et alijs (eo saltem dum colloquuntur tempore) vtantur. Nam in regnis Gallia, Anglia, Scotia, Belgio & inter Heluetios ultra quingenta sunt (Deo laus) virorum millia, qui diligētius & maiori Dei metu maiori etiā fructu, sacra Biblia legerunt, quàm ij Theologi à quibus temerè condemnantur: & qui ea sunt sapientia, tantumq; iudicio valent, vt ex Scriptura Sacra & communi Patrum consensu, quid ipsis ad salutem credendum sit, facilè dignoscere queant: nec tam dementes, vt propter Lutherum vel Caluinum, de omnibus fortunis suis, de vita & salute æterna periclitari velint: fatentur quidem vtrunq; virum doctum, & de Ecclesijs Christi benemeritum esse, sed non ignorant vtriusque scripta esse huiuscemodi, vt in multis explicatione egeant: & ob id cum summo iudicio legenda. Eam ob causam multis consultum videtur, vt errores quos aliqui Luthero & Caluino tribuunt notentur, & in Synodo considerentur, cōmuniq; omnium consilio dijudicentur. Deinde vt ijs, quæ dubia in eorum scriptis, vel obscurius dicta reperientur, commoda adhi-

7
abhibeatur explicatio: idemq; sit de aliorum Theologorum scri-
ptis iudicium. Nam condemnatis erroribus, si qui sunt, & quæ
in scriptis Lutheri & Caluini obscure dicta sunt, perspicue decla-
ratis, tum scripta vtriusq; in summa erunt autoritate, ab omni-
bus pijs probabuntur, & maximo cum fructu, ac sine vllius offen-
sione legentur. Hacq; ratione Ecclesiæ certa diuturna; pace fru-
entur. Et certe æquisimum est, vt opiniones hominum, &
controuersia omnes in religione Christiana, ex Prophetarum,
Apostolorum & Patrum scriptis probentur & finiantur: ad quæ
horum Theologorum scripta referenda sunt, & ex ijs dijudican-
da. Vt Lutherus ipse de suis scriptis multis in locis statuit.

Nam si hodie Lutherus & Calvinus viuerent, & in Concilio
generali libero (quod tantopere ab omnibus expetitur) eas opi-
niones de quibus nunc est controuersia, tueri ac defendere ex suis
scriptis vellent, nonne illi tanquam stolidi & prorsus dementes ab
omnibus deriderentur reijcerenturq;: quod illi de ijs quæ ad sa-
lutem Christianorum pertinent, ex suo sensu statuere & decerne-
re auderent? Hæc verò libertas vel autoritas, si Luthero & Cal-
uino viuentibus non cōcederetur, cur mortuis permitteretur? quod
neuter vnquam sibi arrogauit. At manifestum est controuersias
in Religione de quibus nunc cōtenditur, propter scripta Lutheri
& Caluini præcipue esse: quæ à partibus tanta peruicacia defen-
duntur, vt Prophetis & Apostolicis, maximo totius Reipub ma-
lo à quibusdam malè sanis præferantur, vel illis certè æquentur.

III. Condemnētur manifesti errores vt in hoc capite hoc modo.
Quicumq; negauerit verum corpus Christi in sacra Cœna ab om-
nibus pijs & fidelibus verè comedi, & eius sanguinem bibi. Ana-
thema sit.

IIII. Separentur res ad salutem necessaria, à non necessarijs.
Certum enim est acerrimas has contentiones, de modo præsentia
Sacramentalis & manducationis corporis Christi in sacra Cœna
(quem tamen omnes inexplicabilem esse fatentur) originem &
fontem

fontem esse multarum aliarum perniciosarum rixarum. Videlicet De persona Christi. De eius ascensione in Cœlos. De ipsius ad dexteram Patris sessione, & quibusdam alijs, quibus præcipui nostræ fidei articuli labefactantur. At cum mysteria nostræ Religionis simpliciter credenda sint, & non acutè ac subtiliter scrutanda. Si Reges & Principes Evangelici suam pro dirimendis hisce contentionibus non interponant auctoritatem, dubium non est, quin Ecclesiæ Christi multis hæresibus inficiantur, & tandem maxima earum vastitas subsequatur, ut in Asia, Aphrica, & Græcia propter similes causas euenisse videmus. At si res ad salutem necessariæ, à non necessarijs discernantur, facilè hæ contentiones à pijs & doctis Theologis finientur.

QVINTO. Proponatur aliqua confessio quæ ab omnibus pijs probari queat, & omni eam credenti, sit ad salutem satis. Exempli causa. Ego quando ad sacram Cœnam ex ipsius ordinatione institutam, in timore Dei, & fide accedo, Credo & confiteor cum accipio & manduco panem mihi à ministro verbi exhibitum, quod corpus illud verum quod pro me in cruce pepedit, quod pro me passum & mortuum est, verè comedam eoq; verè pascar. Et quando vinum ex poculo mihi porrectum bibo, quod sanguinem ipsum qui pro me in cruce effusus est, verè bibam, & quod per hunc cibum & potum, fiam os de ossibus, & caro de carne Christi: quo modo verò id fiat, non sum admodum sollicitus: satis enim mihi est credere, Christum Deum omnipotentem & veracem: id in me virtute atq; efficacia Spiritus Sancti perficere, certòq; adimplere, quod omnibus fidelibus promittit. Hæc est mea de Cœna Domini fides & confessio, quam spero pios omnes facilè probaturos esse. Vel proponatur aliqua alia simplex & dilucida confessio, ad salutem necessaria & sufficiens. Hæc Eusebij Emiffeni opinio de Cœna Domini, à multis pijs & doctis laudatur. Cum ad reuerendum altare ibis, spiritualibus sacrædus accedis, Sacrum Dei tui corpus fide respice, mente continge, cordis manu suscipe, & totum interioris hominis haustu assume.

Post-

9
Postquam Ecclesiæ Gallicæ, Anglicæ, & cæteræ idem in Reli-
gione sentientes, errorem supradictum condemnaverint (quod
certò sunt facturæ) & confessionem aliquam planam & perspi-
cuam de Cœna Domini ad salutem sufficientem approbauerint
(de quo minimè dubitandum est) hæc tantum (vt supra dixi) con-
trouersia consideranda & componenda restabit, videlicet modus
præsentiæ Sacramentalis & manducationis corporis Christi in
Sacra Cœna. Eam ob causam Præsides à Lutheranis petent
vt verbis claris & perspicuis declarent, quo modo corpus Christi
in pane lateat & manducetur, atque etiam ore accipiatur. Ab
alijs quoq; petent, vt apertè & luculentè, quomodo corpus Chri-
sti sit in Cœna & manducetur explicent: ita vt nullis alijs com-
mentarijs aut explicationibus ad illorum opinionem intelligen-
dam opus sit. Quod si quis dixerit ipsis deesse verba propria
quibus commodè mysteria Christianæ Religionis tam apertè &
dilucidè declarari possint, Respondeo: quod ob id vtriusq; partis
Theologos decebit, eo citius de phrasi, vel modo aliquo loquedi
inter se conuenire, per quem pax & concordia in Religione con-
stituatur: nisi pro perditissimis nebulonibus & sceleratissimis
Reipub. perturbatoribus ab omnibus haberi velint.

De Prædestinatione seu Prouidentia Dei.

PRAESIDES publicè pronuntiabunt se neminem in illo con-
uentu ad colloquium admissuros esse, qui subsequentibus
articulis non subscripserit.

- I. Quod Deus non sit author peccati vel vllius mali.
- II. Quod fatum Stoicum seu fatalem necessitatem non pro-
positurus nec defensus sit.
- III. Quod Deum causis secundis non alligabit, sed in omni-
bus liberum esse agens fatebitur. Præterea si qui sint alij errores
condemnandi ijs addantur.
- IIII. Proponantur res in hoc articulo controuersæ: Ego verò
B hanc

hanc precipuam in hoc capite esse inter partes controuersiam
puto. *Deus cor Pharaonis indurauit.* Ob huiusce phrasie interpreta-
tionem & similia quæ in sacra scriptura sæpe occurrunt exorta
est hæc controuersia. Nam quidam dicunt id Deo volente, alij
Deo permittente accidisse: Hinc manifestè constat hanc conten-
tionem, non in re, sed in verbis tantum consistere, vt ex collo-
quio facillè apparebit.

Quantum ad me attinet. Credo Deum omnes sub peccato
comprehendisse vt omnium miseretur. Credo quoque Christi
Dei omnipotentis verba verissima esse, qui ait, Qui crediderit &
baptizatus fuerit saluabitur, Qui vero non crediderit condemna-
bitur. In has promissiones respiciens, illis credens persuasum ha-
beo me ex electorum esse numero iuxta dictum Pauli. Vosipso
tentate an non sitis in fide, vosipso probate an nõ agnoscitis vos
metipso Iesum Christum in vobis esse, nisi reprobi estis: hæc ego
regula de mea & omnium fidelium predestinatione iudicoi, hæc
contentus sum. Nam scrutari mysteria Dei, temeritas est, cre-
dere verò, vita æterna.

De Persona Christi.

VTRAQUE pars fatetur Christum filium Dei vbique esse, at-
que etiam Dominum omnium quæ supra cælos, in cælis &
sub cælis, imò omnium quæ ipsius Dei Patris sunt. Quod si quis
hæc negauerit Anathema sit. De ijs verò controuersijs, quæ sunt
in hoc capite cogitare non possum quin totus exhorrescam. Nam
de naturis Christi in abstracto id affirmare quod aliqui docent,
quid est aliud quàm Christum diuidere, atque Arrij, Nestorij, &
Eutichetis hæreses in Ecclesias Dei inuehere? Nihilominus Re-
ges & Principes Euangelici hæc sine vlla offensione audiunt &
patiuntur. Sed viderint ipsi ne Christum filium Dei seuerum tam
execrandarum blasphemiarum vindicem sentiant. Meminerint
etiam Theologi eos qui scrutantur Maiestatem, à gloria obrui,
discantque in multis modum tenere. Quo-

11

Quoniam inter Theologos tota vis cōtrouersia de Cœna Do-
mini sit (vt saepe dictum est) de modo præsentiæ sacramentalis, &
manducationis corporis Christi: de ijs ego plenius & vberius
quàm antea differam. **I.** Conuenit inter partes, quod hæc sa-
cra Cœna à Christo filio Dei instituta sit. **II.** Quod verè Christus det in hac sua Cœna omnibus fide-
libus verum corpus suum ad manducandum, & sanguinem ad bi-
bendum. **III.** Quod nullus fructus proueniat ex hac manducatione &
potu, quàm per fidem. **III.** Quod corpus Christi sit cibus
mentis non ventris, & quod nec venter nec dentes sint ad hunc
cibum manducandum parandi. **V.** Quod corpus Christi in cœlo sit. **VI.** Quod nulla sit
ascensio nec descensio corporis Christi in Cœna. **VII.** Quod
hoc mysterium seu Sacramentum sacra Cœna, constet re inuisi-
bili seu interna, scilicet, corpore & sanguine Christi, & visibili
seu externa, scilicet pane & vino. **VIII.** Omnes etiam confitentur & credunt verū corpus Chri-
sti in sacra Cœna ab omnibus fidelibus verè comedi, & eius fideles
sanguinem bibi, osque de ossibus, & carnē de carne Christi fieri.
Qui verò hæc non confitebitur & crediderit (cū sint omnibus
fidelibus necessario ad salutem credenda) Anathema sit. Sed ijs
hæc addunt Lutherani, quod corpus Christi lateat in pane & ore
accipiatur, atq; inter eos sunt multi qui corpus Christi vbiq; esse
contendant. Nunc scire merito oportet, an hic modus mandu-
cationis corporis Christi, sit necessario ad salutem credendus.
Nam si illi necessario credendum esse statuerint (vt statuere vi-
dentur) nonnè nostra religionis dignitas & certitudo requirunt,
vt hanc suam de re tanta, opinionem ex scriptis Prophetarum,
Apostolorum, & communi consensu Patrum idoneè probent &
confirment? Nam dicere modum illum esse imperscrutabilem, &
rationi humanæ inexplicabilem, & nihilominus statuere suam

hac de re opinionem, necessario ad salutem credendam esse, nulla alia probatione addita, quàm illi sic sint à suis præceptoribus instituti, illa certè ratio docendi Ecclesias Christi noua & inusitata est minimeq; recipienda. Nam vnicuiq; hac ratione liceret in religione articulos fidei, pro arbitrio suo constituere: Præterea id esset Pontificios in eorum erroribus & idolatria confirmare: qui multa euentiora, plausibilia & gratiosiora argumenta sunt proposituri. Videlicet: Quod ipsi tot seculis sine vlla contradictione ab innumeris pijsissimis Episcopis & doctissimis Theologis ita sint (vt sentiunt) instituti & edocti, Quod hæc eorum doctrina à plurimis Synodis prouincialibus, à multis etiam concilijs generalibus vnanimi consensu recepta, approbata & confirmata sit: à qua discedere temerarium leuissimumq; esset, propter vnus aut alterius hominis opinionem, quæ nullis manifestis scripturæ sacre testimonijs probetur confirmeturq;. Verùm, si vos pij Germaniæ Theologi hanc vestram perniciosam de hac sacramentali, & orali, manducatione corporis Christi sententiam (de quibus tanta pernicacia contenditur), aperte & dilucidè declaraueritis (quod certè vestri est officij) & res ad salutem necessarias, à non necessarijs separaueritis, facilis vobis erit, cum alijs moderatis Theologis, & pijs Ecclesijs reconciliatio & concordia: qua constituta, desinent Pontificij, Germanis obijcere atq; exprobrare, tot esse in eorum religione opiniones, quot Ecclesiæ.

Vos igitur pios Theologos oro, & per nomen Christi obtestor, ne diutius patiamini, ea quæ vestri sunt muneris, à tot afflictissimis & periclitantibus Ecclesijs desiderari: nam in hac declaratione, pax & tranquillitas Reipub. aut Ecclesiarum euersio, consistit.

Quod autem ad impios attinet, fatentur omnes Theologi Evangelici corpus & sanguinem Christi in Cœna cibum esse mentis non ventris, animæ non corporis, & quod pia animæ hoc sancto cibo & potu spiritus Sancti efficacia, Verè alantur & foveantur. At quod impia & execranda anima eodè cibo & potu spiritus Sancti
virtute

virtute nutriatur, ego omnes pios oro, vt mihi ignoscant, si inge-
nuè fatear me id credere non posse, priusquam ex scriptura sacra
plenius & apertius de ijs edocear. Nam finis huiusce sacrae Coenae
est, vt omnes communicantes vnum corpus fiant, cuius Christus
caput est, & vt per hanc communicationem pius ab impio sepa-
retur. Præterea hæc verba Christi plana & perspicua sunt: Qui-
cunq; carnem meam edit & sanguinem meum bibit, habet vitam
æternam. Orandi igitur diligenter sunt Theologi, vt suam quo-
q; opinionem in hoc capite apertè declarèt. Videlicet: Quo modo
impia anima corpus Christi manducet, & an necessariò ad salutem
credendum sit, impias animas verum corpus Christi manducare,
cùm omnes fateantur eas manducare iudicium, fieriq; reas cor-
poris Christi, quoniam eum Deum esse & seruatorem non ag-
noscant nec credant.

Vt autem concludam, multis (vt supra dixi) consultum vide-
tur ad hæc controuersias tutò & facilè componendas. 1. Vt
in Germania Synodus communi Principum Euangelicorum
consensu constituatur: Nam res graues magniq; momenti, quæ
multos concernunt, vix transigi per paucos possunt, sine aliorum
offensione. At veluti Pontifices Romani nulla re magis terrentur,
quàm Concilij nomine, sic qui nunc in Germania omnium volūt
haberi censores, à nulla re magis quàm à generali synodo abhor-
rere videntur. Sed tantum est prudentiæ & pietati Principum
Euangelicorum tribuendum, vt potius per generalem synodum
sint laboranti Reipub. & Ecclesiæ consulturi subuenturiq;, quàm
paucorum quorundam Theologorum superbiæ, odijs & vanis af-
fectibus patrocinatori.

II. Vt in tali synodo errores condemnentur. III. Vt Præsi-
dum prudentia & Theologorum consilij consensuq;, ea quæ
sunt ad salutem necessariò credenda, ab ijs quæ necessariò creden-
da non sunt, discernantur: ne ob res non necessarias Reipub diu-
tius perturbetur. Iis enim medijs & rationibus concordia facilè
inter Ecclesias constituetur.

Nunc in medium consulendum est. Credo me in sacra Cœna verè, verum corpus Christi comedere & eius sanguinem bibere. Credo etiam per hanc manducationem & hunc potum, animam meam verè ali & nutriri, corpore & sanguine Christi, meq; os de ossibus & carnem de carne Christi fieri. Quo modo? Per fidem quam habeo verbis Christi Dei omnipotentis & veracis, & virtute atq; efficacia Spiritus Sancti: qui id in me operatur, cui soli hoc mysterium perspectum esse credo. At de modo istius communicationis, pium & christianum Ecclesiarum Christi consensum & iudicium pacato tranquilloq; animo expecto. Interim tamen fateor me non credere quod corpus Christi in pane, verè, realiter & substantialiter lateat.

Præterea non credo impias animas Spiritum Sanctum recipere, nec sancto corpore Christi foueri & nutriri, sed reas fieri corporis & sanguinis Christi, quoniam leges à Paulo omnibus ad sacram Cœnam accedentibus præscriptas & aperte declaratas, malignè violant. Nunc considerandum decernendumq; est, an ego propterea sim blasphemus, hæreticus, Sacramentarius & Turcis deterior? An etiam à pijs Ecclesijs non sim pro membro Christi agnoscendus, & pro fratre habendus? Nam in ijs duobus capitibus tota vis controuersiarum consistit.

Quod si quis vicissim petierit, an is qui condemnandos errores condemnat, & fatetur spiritualem manducationem corporis Christi, quæ per fidem fit ad solos pios pertinere: Qui etiam carnaliticam illam manducationem & crudas atq; horridas pharises de præsentia & manducatione corporis Christi (quas multi docti & pij Theologi reijcere solent) reijcit, credit tamen ad maiorem suæ fidei confirmationem corpus Christi, modo inexplicabile in pane esse, & ore accipi, Et quod impij corpus Christi in manducationem manducant, non etiam sit ab alijs Ecclesijs quæ aliter sentiunt pro membro Christi & Ecclesiæ agnoscendus & pro fratre habendus? Quæ sit aliorum hac de re sententia ignoro. Ego

15

Ego certe illum pro fratre lubens sum agniturus. Nam mysteria
nostra religionis admodum consideratè pie & cum timore De-
tractanda & explicanda sunt. At utinam res controversa eo per-
ducantur, ut hac de re sit tantum contestatio: nam certò mihi per-
suadeo, quod Præsides & pij omnes Theologi, qui in Synodo
sunt interfuturi, sint hoc medium ynanimi consensu (concordiæ
& tranquillitatis causa) facile probaturi ac confirmaturi. Præterea
non dubito, quin Serenissima Angliæ Regina, pro sua singulari
benignitate & incredibili studio pacis publicæ constituendæ, tale
decretum (ut maximè necessarium) non solum sit approbatura,
sed etiam promissura, si quis in suo imperio illud scripto vel pu-
blicè aut priuatim, vel vilo modo violauerit, quod in eum tanquam
pacis publicæ perturbatorem sit seuerè animaduersura. Quod si
idem alij Reges, Principes & Magistratus Evangelicij præstiterint,
facile pax retinebitur & conseruabitur. Sperandum q; est, (ubi
feruor iste contentionis non nihil resederit) quod paulò post, di-
uino auxilio Principum prudentia & authoritate, atq; salutaribus
piorum Theologorum consilijs, generalis, firma, certa, & inuio-
labilis pax Ecclesijs Christi reddetur. Hoc est Lutheri consilium
& iudicium pro pace resarcienda & conseruanda, ut ex ea Episto-
la manifestè constat, quam Ecclesijs Helueticis scripsit 12. die De-
cembris 1537. Eam ob rem ego me operæ præmium facturum pu-
taui, si illam huic scripto adijcerem.

RESPONSVM DOMINI DOCTORIS
Martini Lutheri, ad Declarationem, Concordiæ
caussa, à ciuitatibus Helueticorum Evangelicis, ipsi
transmissam.

PRAESTANTIBVS & prudentibus viris, Dominis Consulibus,
Scabinis, Maioribus, Senatoribus, atq; in vniuersum omnibus
ciuitibus

ciuibus confœderatarum ciuitatum, Tiguri, Bernæ, Basileæ, Schaf-
hufiæ, Sancti Galli & Buhlnæ, singularibus meis Dominis fauto-
ribus & amicis optimis.

Gratiam & pacem, in Christo Redemptore nostro. Reuerendi
& Prudentes viri, Domini & Amici Carissimi, Quod nimis (plus
quàm) tardè, vestris ad me Smalcaldia datis litteris respondeo, lu-
benter me excusarem, si excusatione opus esse existimarem, præ-
fertim quum V.P. manifestum sit, quantæ mihi, iam Seni & inuali-
do, incumbant molestiæ quotidianæ; vsq; adeo vt à negocijs &
hominibus omnibus me penitus abducere iam coactus sim, quo
destinatam hanc vobis scriptionem, tandem absoluerem.

Relegi equidem denuo vestrum scriptum, atq; statim inde ini-
tio magnopere latatus sum, quod agnouerim, quanto ac quàm sæ-
riò studio (sepositis prioribus contentionibus & suspitionibus
omnibus, quæ nobis hætenus intercesserunt cum concionatori-
bus vestris) nunc decreueritis concordiam promouere atq; am-
plecti. Deus ac pater omnis concordia & Dilectionis, tam saluta-
re inceptum perficiet, quemadmodum scriptum est: Quam Deo
placuerint viæ hominis, etiam inimicos eius conuertit ad pa-
cem. Certum est autem, atq; impossibile etiam est aliter fieri,
quàm vt eiusmodi grauis discordia non ita facilè, sine vibice atq;
cicatrice sanari valeat. Erunt enim vtrinque quidam, quibus hæc
concordia ingrata atq; adeo suspecta erit. Verumtamen, si ab
vtraq; parte, nos qui særiò sentimus, firmiter & assiduè incumba-
mus, aderit Deus pater sua gratia, vt apud alios quoq; successu
temporis, expirent illæ controuersiæ; & quæ turbata est aqua puri-
tatem pristinam, amissam, denuò recuperet. Quocirca amanter
rogo, velit V.P. operam dare atq; særiò efficere, vt apud vos atq;
vestros, clamatores isti, qui aduersum nos, immo aduersus con-
cordiam ipsam blatterando debacchantur, istis suis vociferationi-
bus abstineant, & vulgus tantum simpliciter doceant, atq; pariter
hoc concordia negocium, sibi curæ esse permittant, non impe-
dientes

17
dientes eos, qui ad hoc vocati atq; idonei existunt. Quemadmo- Se forte
putat
solum.
dum & nos hic vicissim, tñ in scriptis, tum in concionibus nostris,
planè quieti sumus, & temperamus nobis à clamoribus aduer-
sum vestros, ne vlla per nos data occasione, impediatur concordia,
quam nos toto corde desideramus libenter videre, nouit Deus;
& huic gloria, satis haectenus fuit clamorum & certaminū, si modò
hæc quidquam efficere valuissent. Atq; imprimis vos hoc admodū
submissè rogatos volo, velitis vobis de me persuadere, vt de eo,
qui verè toto corde sentiat, ita, vt quantum omnino mihi possi-
bile erit, nihil in me desideretur, quod faciet ad profectum con-
cordiæ. Nouit id Deus, quem testem, in Animam meam, appel-
lo. Nam neque mihi, neque vlli cuiquam profuit, immo verius,
pluribus obfuit discordia, vsq; adeo vt nihil quidquam boni aut
commodi haectenus ex ea speratum, neq; etiam in posterum spe-
randum sit.

Vt autem ad articulos vestros veniam, nihil quidquam repre-
hensione dignum, in primo illo, de verbo vocali, reperio. Neq;
enim nos aliter docemus, quàm quod operetur internè in corde
auditorum Spiritus sanctus, quodq; externum verbum solum ni-
hil efficiet. Alioquin, si penes externum solummodo verbum
consisteret, vniuersi qui hoc audirent, euaderent credètes, quod
omnino non fit, quemadmodum testatur experientia. Et D. Pau-
lus ait Rom. 10. Sed, an non audierunt? verùm non omnes aus-
cultaunt Euangelio. Nihilominus tamen, hoc ipsum vocale
Euangelium, dicendum Verbum Dei, potentiam Dei, ad salutem
omni credenti. Rom. 1. ita quod per illud, Deus vocet atq; tra-
hat, quos velit, per Spiritum suum sanctum. Si quid porro est
in hoc articulo, à nobis vtrinq; scriptis mandatum, de quo ita cla-
rè & expressè nos inter nos intelligere non possimus (nam eadem
methodo & phrasi pariter vti nequimus) in eo D. Capito &
Martinus Bucerus nouerint commodè mediatores se præstare, vt
perspicuè & expressè & quam optimè explicentur singula.
C Quem-

Quemadmodum ego prorsus de ipsis confido, facere id eos summa fide & diligentia, & porro etiam facturos sicuti ne haecenus quidem secus de ipsis quidquam licuit cognoscere.

Ad eundem modum, quod ad secundum articulum, de Baptismo, spectat, nullam inuenio discrepantiam. Nam, veluti de verbo vocali iam dictum est, ita etiã tenemus; quod solummodo Aqua & verbum (quod in Baptismo præcipuum est) absq; Spiritus Sancti operatione interna, nihil exterius efficiant; existente tamen eiusmodi Baptismo, externo Dei signo, immò medio & instrumento, per quod Deus in nobis operetur, ne omnino vacuum aut inane hominis reputetur signum aut symbolum.

Quod tertium articulum, de Sacramento corporis & sanguinis Domini, attinet; neq; haecenus aut docuimus aut etiamnum docemus; Christum de cælo seu dextra Dei descendere aut ascendere siue visibiliter, siue inuisibiliter: Permanentes hoc pacto firmiter apud articulum fidei, Ascendit ad cælos, sedet ad Dextram Dei, inde venturus est &c. Dei omnipotentia relinquimus, quomodo nobis ipsius corpus & sanguis detur in Cœna, vbi ex illius mandato conuenitur & eius institutio celebratur. Nullam cogitamus hic fieri aut descensionem aut ascensionem, sed manemus simpliciter & candidè apud ipsius verba: Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus.

Quod si, quemadmodum supra attigi, hac etiam in parte, non ita perfectè nos inuicem intelligeremus, nihil hac vice consultius, quàm vt amicè in nos mutuo affecti, perpetuam vicissim à nobis tantisper expectemus Benevolentiam; vsq; dum turbida ista aqua quasi defecetur; atq; tunc D. Capito & Martinus Bucerus facillè quod ex usu erit, poterint consulere, tum in his tum in cæteris omnibus; modo ipsi corda componamus, & simultates missas faciamus, quo detur locus Spiritui sancto.

Porro ad stabiliendam charitatem atque concordiam amicam, quatenus nostram partem præcipuè verò meam personam concernit;

19

nit; libenter omnem offensam toto corde depono, vobiscum ac-
turus sincera fide atq; benevolentia. Nam vt maximè nos, qui
seriò huic negotio incumbimus, omnem, quantum in nobis est,
mouemus lapidem, nihilominus peculiari Dei indigemus consilio
& opera. Præsertim quum Sathan, nobis pariter & concordia
inimicus, nullo negotio suos reperire valeat, qui saxa atq; arbo-
res in viam conijciat, ne nobis opus sit, nos inuicem simulatibus
& suspitionibus grauare. Quin potius igitur corda atque manus
mutuò porrigimus, combinamus atq; firmiter cõnexa retinemus,
ne deteriori in loco sint res nostræ, quàm erant hæctenus vnquam.

De excommunicatione & clauibus, recordari non possum, an
vnquam inter nos vlla dissensio extiterit & controuersia. Fortaf-
sis etiam hæc in parte apud vos explicatius aliquid extat compræ-
hensum, ita, vt (si alioquin cætera omnia rite se habeant) in hoc
concordia, nullum, Deo volente patietur impedimentum aut re-
moram. Amen.

Hæc habui, quæ hac vice, quàm breuissimis responderem V. P.
scripto, rogans velitis ista ita boni consulere. Meum enim Animû
occupant indies multa negocia, graues curæ, adeo vt non possim
tam commodè vni rei vacare, quasi vnus solûm atq; alterius gene-
ris distraherer molestia. His V. P. & omnes pariter vos atque
vestros, commendo patri omnis misericordia & consolationis.
Is vtrinq; nos donet Spiritu suo sancto, qui corda nostra tan-
quam conflata vniat in vera dilectione, & expurget omnem sco-
riam atq; rubiginem humanæ similitatis atq; Diabolicæ malitiæ
& prauitatis, in gloriam & laudem sancti nominis ipsius & salutē
multarum Animarum, in despectum Sathanæ & Papæ atque adeo
omnium sectatorum eius Amen. I. Decemb. Anno 1537.

V. P.

beneuolè addictus

Martinus Lutherus.

C 2

Con-



Considerent nunc Reges, Principes & docti moderatq; Theologi quàm utile necessariumq; sit, vt confessio aliqua, simplex & perspicua & ad salutem sufficiens, de sacra Cœna Domini proponatur: Deinde, vt modus præsentia sacramentalis & manducationis corporis Christi planè & perspicuè declaretur: Vel si id commodè effici non possit, vt inter Theologos de phrasi seu formula aliqua loquendi conueniat, quò perniciosissimæ contentiones hanc ob causam excitatæ, finiantur: Quod certè doctissimis & pijs Theologis erit facillimum, & meritò ab ipsis expectandum est. Nam ipsis notissimum est, quosdam Theologos vt probarent corpus Christi latere in Sacra Cœna, & ab impijs comedi, multas paradoxas opiniones de persona Christi, de eius ascensione, & sessione ad dexteram Dei Patris proposuisse: quibus fundamenta nostræ religionis conuelluntur, præcipui articuli in dubium vocantur, multæ hæreses in Ecclesias Christi inuehuntur, & Respub. in extremum discrimen adducitur, & quod minimè prætermittendum est, Papismus confirmatur, & plana ad Mahometismum & Atheismum paratur via. Quod si Theologi res ad salutem necessarias, à non necessarijs, (vt eos decuit) distinxissent, & de ijs certi aliquid statuissent, iam dudum pax firma & generalis inter Principes omnes Christianos, constituta esset. Vt igitur communi consilio, consensu & autoritate Regum, Principum & Theologorum reformatæ religionis, perniciosissimæ illæ de præcipuis nostræ religionis capitibus contentiones dirimantur, & prorsus tollantur (gravi pœna ijs indicta qui ob has causas sunt Rempub. perturbaturi) Synodus generalis ab omnibus tranquillitatis publicæ studiosis, ardentissimis votis meritò expetenda & diligenter procuranda est. Hæc media mihi videntur vsitata, facilia & comoda ad pacem (sublatis non necessarijs contentionibus) Ecclesijs Christi restituendam.

Hic prætermittere non possum quin vos Theologos omnes coràm iustum Dei tribunal vocem: Vt pro ea fide quam Christo
filio

21
filio Dei, & vestris magistratibus debetis, his magistratibus vestris
verè apertè & syncerè declaretis, an multæ quæ nunc agitantur
contentiones inter aliquot Theologos de Persona Christi, de eius
ascensione in cælos, & sessione ad dexteram Patris (quum hæc
sancti patres Christianè, luculentè, & sufficienter tractarint atq;
explicuerint) sint ad salutem necessariæ vel non necessariæ, an sint
probandæ vel improbandæ? imò an nō sint plæræq; tanquã perni-
tiosæ & impiæ, execrandæ, reijciendæ, & ab omnibus condem-
nandæ? At cum hic de Ecclesiarum Christi & totius Reipub.
conseruatione agatur, nonnè vos Theologos decet (si Christum
Deum esse creditis) vt in re tanti momenti & ad gloriam Dei
maximè pertinente, vestro officio probè atq; integrè satisficiatis?
Præter hæc, cum restet tantum controuersia de modo præsentia
Sacramentalis & manducationis corporis Christi in Sacra Cæna,
transigenda & finienda. Si media à me pio animo proposita im-
probentur, nonnè æquissimum est vt commodiora proponatis?
Vt sublatis perniciosis contentionibus, pax Ecclesijs Christi &
Reip. restituatur. De ijs verò cum nihil certi decerni nec consti-
tui nisi per generalem Synodum possit, certò mihi persuadeo, vos
hanc syncerè, diligenter & summa fide procuraturos esse.

Nunc ad Censores illos Theologos & Ecclesiarum Iudices
conuertenda est oratio, & ipsis luculentè demonstrandum, quan-
ta & quàm pernitiōsa illi in Rempub. inuexerint mala: quæ indies
inualescunt augenturq;: Vt verè syncerèq; admoniti, ea præstent
quæ probos & pios Theologos decet. Nam grauiter illos in
Ecclesiam Dei peccasse euidenter probabo. At si quæ illi ignoran-
tia, aut scientes & volentes commiserunt non correxerint emen-
darintq;, sentient certè Deum atrocìa scelera, atrocibus pœnis
punire.

PRIMUM. Ex eorum libris publicè editis vnicuiq; constat illos,
Ecclesias Anglicas, Gallicas, Belgicas, Scoticas, Helueticas &
multas alias idem in religione sentientes inauditas & audiri maxi-

mè cupientes, tanquam hæreticas & impiè de religione Christi sentientes, condemnasse, martyres Diaboli (dum in summis periculis versarentur, atq; vndiq; premerentur) vocasse, minusq; Scythias ac Turcis ferendos esse, statuisse. At certum est, dum illi Anglicas & Gallicas Ecclesias tanquam hæreticas condemnant, quod idem crimen Serenissimæ Angliæ Reginae, Serenissimo Regi Navarrae, & plurimis alijs Principibus attribuunt imputentq;.

Censores illi ignari non sunt Pontificem Romanum & Ducem Albanum Serenissimæ Angliæ Reginae, periculosas infidias sæpe præparasse: quas illa singulari Dei gratia & auxilio euasit. Iudicent nunc viri prudentes an alijs euidentioribus grauioribusq; argumentis, Romanus Pontifex impelli possit, ad pijsimam illam Reginam proscribendam & nouos motus in ipsius Serenitatis Regno excitandos, quo facilius (eius Regno perturbato) illa vel infidijs opprimatur, quàm huiuscemodi condemnationibus vel potius execrationibus.

Perpendant etiam omnes tranquillitatis publicæ studiosi, an quis expeditiora & commodiora ijs medijs excogitare potuerit, ad Serenissimum Galliarum Regem mouendum, eiq; persuadendum, vt pacem cum suis subditis sanctè sancitam, & solenniter iuratum violet? Considerent quoq; Reges, Principes & Potentatus Euangelici qua commodiore ratione Serenissimus Hispaniarum Rex auerti possit, ne suis in Belgio subditis Euangelicis, exercitiũ veræ religionis permittat.

Multi ministri verbi Dei, tum in aulis quorundam Principum, tum in plurimis Ciuitatibus & pagis Germaniæ horum censorum Theologorum Iudicijs confirmati, scriptis publicè editis instructi, & multis literis priuatim missis impulsu incitatiq; nullas ferè conciones habent, quin in dictas innocentes Ecclesias inuehant, illis apertè detrahant & tanquam execrandas deuocent diris. Sic horum Iudicum artè & industria, sancta Christi membra lacerantur, diltrahunturq; & grauiissimæ contentiones inter

Eccle-

23

Ecclesias Christi excitantur, vt tandem miserrimè omnes obruantur & pereant.

III. Vnicuiq; considerandum relinquo, an vlli vnquam Scythæ aut Turcæ tam iniqui fuerint, an vlla vnquam tam inhumana atq; effera gens extiterit: quæ vicinos sibi Reges, Principes vel Respub. inauditas, & vt audirentur obnixè petentes, condemnarint, & tam turpiter ipsis detraxerint, quàm Iudices illi tot optimorum Principum de Respub. benemeritorum, totq; piissimarum & innocentium Ecclesiarum (quæ summa fide & incredibili constantia gloriam Christi promouent, & ipsius syncerum & purum verbum sanguinis sui profusione tuentur & conseruant) famam & nomen impudenter publicè & falsò lacerarunt? An quis etiam fuerit, qui arte & industria acutiore perniciosioreq; vsus sit, ad hostes suos vlciscendos, quàm ij Iudices, ad innocentes piosque Reges & Principes, innumeratq; Christi Ecclesias circumueniendas opprimendasq;?

Hic ego me omnium proborum hominum iudicio lubens submitto, an ij non sint effectus & vires actionum & consiliorum horum Censorum & Iudicum: An hæc etiam ipsis verè obijci atq; exprobrari non possint, meritoq; debeant: Quæ à me expressè referuntur, vt illi hac vehementi & tam vera admonitione discant sapere, & cum profundissima tot Ecclesijs intulerint vulnera, maturè commoda adhibeant remedia, quibus illa sanari possint & Respub. conseruari.

At cum illi tot Reges & Principes, totq; Ecclesias publicè condemnarint, & ex ijs condemnationibus maximi & periculosi motus in Respub. excitati sint, perniciosioresq; metuendi: certè leges diuinæ & humanæ requirunt & ipsa natura dictat, vt pars condemnata audiatur, cum id obnixè petat: vt iustè an iniustè condemnata sit, cognoscatur. Vt autem hæc certo ordine & legitimè agantur, tractentur & decernantur, duo media proponam. Prius vt Synodus in Germania instituat, ad quam Serenissima Angliæ Re-

gina suos commissarios certò se missuram esse promissit: in qua partibus legitimè auditis iureq; omnium probè diligenterq; considerato, sententia de hisce controuersijs pronuncietur, vt in veteri Ecclesia receptum atq; vsitatum fuit.

Censores illi negare nec diffiteri possunt quin aliquot Germaniæ Principes Euangelici, plurimiq; doctissimi Theologi, ab alijs Euangelicis Principibus petierint, vt Synodus communi consensu in Germania indiceretur: Fatentur etiam apertè censores ipsi, hæc prudentissima & vtilissima Principum & Theologorum consilia, sibi ab alijs Principibus (pro eo Zelo quo in Rempub. christianam feruntur) esse communicata: vt media quibus concordia facillè constitui posset, ab ipsis cognoscerent & de ijs edocerentur. Declarent igitur censores illi, quæ ratio facilior certiorq; iniri poterit, ad has controuersias dirimendas finiendasq; quàm per liberam & generalem Synodum in Germania. Præterea causas referant, cur tot Germaniæ Principum, Sapientissima & salutaria consilia, & tantopere ab omnibus pijs experita reiecerint, eaq; tanto artificio hætenus impediuerint, impedianq;. Scio quidem omnibus ex horum censorum scriptis publicè editis constare, eos pretextere, nihil à tali Synodo boni expectandum, priusquam eorum dogmata à Principibus & Rebus pub. Germaniæ probata & recepta essent. At quænam sunt illorum dogmata? Vt omnes credant corpus Christi esse in lignis, lapidibus & etiam in locis, quæ sinè pudore nominari non possunt. Vt etiam multa veteres hæreses renouentur, hisq; Ecclesiæ Christi corrumpantur, vt luculentè & sufficienter à quibusdam Germaniæ Theologis demonstratum est. Sed ijs relictis, declarèt illi quibus legibus, quorum exemplo, qua autoritate sibi tantum tribuant, vt soli de rebus ad gloriam Dei & totius Reipublicæ christianæ salutem pertinentibus, decernere & diiudicare audeant: probent, etiam sibi licere Reges & Principes inauditos & audiri cupientes, condemnare, cum id sit veterem & vsitatum Ecclesiarum morem reiicere, & leges diuinas ac humanas

25
manas peruertere. Præterea cum Censores isti de foelici suorum
hac in re consiliorum successu minimè dubitarent, illi suum con-
cordia librum ad multos Principes & Respub. Protestantes mise-
runt, petieruntq; vt ei subscriberent. Nec ijs contenti, præcipuos
illorum Principum consiliarios & ministros, tum per literas, tum
per suæ factionis selectos viros diligenter sollicitarunt, magnisque
precibus ab ipsis contenderunt, apud suos Principes efficerent, vt
in eos qui ipsorum impijs decretis aduersarentur, seuerissimè
animaduertent, nec in ipsorum ditionibus ferrent. Hæc verò
cum verissima sint, quis non videt eos non media pacis inuendæ
proposuisse (vt ipsis à pijs Principibus iniunctum est) sed potius
accuratè in id elaborasse, vt omni spe pacis restaurandæ adempta,
Principes amicos inter se committerent? & pacatas Ecclesias, pie-
tatis prætextu perturbarent? atq; etiam Hispanicam inquisitionem
in Germaniam inueherent?
Hic ab omnibus pijs Lectoribus reuerenter peto, vt perpen-
dant iure nè an iniuria hæc istis censoribus obijciantur? imò an nõ
deceat omnes pios & publicæ tranquillitatis studiosos illos execra-
ri, donec causas declararint, cur ipsi tot prudentissimorum Prin-
cipum & doctissimorum Theologorum Germania, commoda &
vfitata media pacis constituendæ, tanto artificio impediuerint im-
pediantq;? Cur etiam tot Reges & Principes innocentes inaudi-
tos condemnarint? nec audiri patiantur? Nam Serenissima An-
glia Regina vltro promisit se dignos legatos ad illam Synodum
missuram esse. Idemq; à Serenissimo Rege Nauarra earum ditio-
num nomine in quibus merum habet & absolutum imperium, cum
omniũ Gallicarũ nomine (si id Serenif. Gallorũ Rex ei concesserit)
& à multis alijs Principibus & Magistratibus est expectandum.
Alterum medium hoc est, quod si iusto Dei Iudicio ob peccata
nostra Synodus hæc in Germania tantopere à pijs desiderata, tam-
que necessaria horum censorum malignitate & industria impedia-
tur, æquum tamen est, vt illi aliquos ad Serenissimam Anglia Re-
ginam

D

ginam

ginam mittant, qui ipsius Serenitati illas hæreses & eos errores quos ipsius Regni Ecclesijs imputant, coram explicent: & de ijs cum ipsius Serenitate Principe clementissima & doctissima conferant: illa certe ea est clementia & benignitate, vt pos de rebus tanti momenti sit lubenter auditura: Etcum ipsis de rebus controuersis benignè & patienter communicatura. Ex huius verò colloquij actis, vnicuiq; facile constabit, quas ipsius Serenitas & Anglicæ Ecclesiæ hæreses tuentur: Vel aut piè & christianè de omnibus articulis nostræ religionis sentiant. Quod si Anglicæ Ecclesiæ, alicuius manifesti erroris conuincantur, licebit iure optimo istis censoribus, vbi idoneè eas errare probauerint, condemnare. Si verò illas piè & sincerè de religione, sentire intellexerint, nonè æquissimum est, si qua pietas, si qua christiana Charitas, si vllus concordia amor, si quis deniq; Dei metus in cordibus ipsorum sit, vt se ignorantia peccasse confiteantur & agnoscant. Deinde vt publicè Deo gratias agant, quod illæ Ecclesiæ quas hæreticas esse existimabant, piè & christianè de religione sentiant.

Præterea cum quidam Principes & ciuitates Germaniæ horum censorum iudicijs & scriptis publicè editis, de tot Principibus & Ecclesijs pessimè sentiant, certè legibus christianis sancitum est, & mutua christianorum charitas requirit, vt isti censes vicissim publicè dictarum Ecclesiarum innocentiam & integritatem restetur: Vt Ecclesiæ ab ipsis censoribus malè informatæ & institutæ, aliarum Ecclesiarum innocentia & religionis puritate perspecta, ipsis detrahere desinant, & sublatis detractionum causis, inter Ecclesias vera & fraterna fiat reconciliatio, mutuaq; beneuolentia (vt membra Christi decet) sese amplectantur. At cum istis summis Pontificibus omnia decere & facere impunè liceat, vereor ne illi pijs admonitionibus parùm moueantur. Verùm si illi Romæ perturbare, & suæ factionis concionatores in Germania hortari, vt alijs Regibus & Principibus innocentibusq; Ecclesijs detrahere non desinant, Ego certè spero quod tandem Reges & Principes

manig d impu-

27
impudenter falsoq; accusati, eos manifesti mendacij conuincunt,
& detractores, calumniatoresq; impudentissimos ac pacis publicæ
perturbatores sceleratissimos esse probabunt: ab eorumq; magi-
stratibus petent, vt de ipsis tanquam de reis & manifestè conuictis
criminis læsæ Maiestatis diuinæ & humanæ supplicium sumant:
nec diutius patiantur has perniciosissimas & contagiosas pestes
in Repub. versari.

At quoniam multi existimant Ubiquitarios istos sua consilia
cum Pontifice Romano & suæ factionis primoribus cōmunicare:
ad Papismum in veterem dignitatem restituendum, & Christi Ec-
clesias funditus euertendas: Ego me Reipub. plurimum profutu-
rum spero, si tam perniciosas conspirationes apertè declarauero.
Vt Euangelici Principes ijs tempestiuè occurrant, eaq; pericula
maturè auertant, quæ ipsis imminere certum est.

Demonstratum prius est quosdam Germaniæ Principes pro ea
cura quam pro Repub. gerunt, quorundam aliorum Principum
Euangelicorum consilia de hisce contentionibus componendis,
aliquibus Theologis, (sed summis Ubiquitatis defensoribus, & vt
dicitur authoribus) proposuisse, vt eorum consilij ad pacem fa-
cilius Ecclesijs dissidentibus restituendam, iuuarentur. At Ubi-
quitarj isti eam sibi hac ratione occasionem datam esse rati, qua
de Pontifice Romano, & suis defensoribus quorum auxilijs &
fauore suas actiones dirigunt & promouent) optimè mereri pos-
sent, quosdam alios Doctores Theologos sibi adiunxerunt. Viros
quidem doctissimos, sed faciliores & negociorum ciuiliū magis
ignaros, quam res quæ tractabantur requirebant. Hinc istius libri
Concordiæ initium. At quoniam satis norant illi, graues & vehe-
mentes fuisse & esse inter quarundam ciuitatum Germaniæ con-
tionatores, & Calvinum Calvinistasq; contentiones, cum ijs pri-
mum consilia sua communicant, à quibus facilè probata sunt, &
communi consilio decretum, omnes Calvinistas hæreticos esse &
 toto imperio depellendos. Cum igitur illi aliquot Germaniæ ci-

uitates illorum concionatorum industria sibi fauentes, eorumque actiones comprobantes haberent, existimarunt eadem facilitate, pariq; successu Principes Germaniæ Euangelicos librum illum concordiaæ recepturos & confirmaturos esse. Verum singulari Dei gratia accidit, vt quidam Germaniæ Principes, quorsum horum Ubiquitariorum consilia tenderent, & quis eorum esset finis præuiderint, & se ijs aperte opposuerint. Nam si Principes & ciuitates Germaniæ Euangelicæ vnanimi consensu decreuissent sancissentq; ex suis ditionibus omnes Calvinistas expellendos esse (vt Ubiquitarij illi tam sollicitè procurarunt & adhuc procurant) dubium non est quin Pontificij in publico ordinum imperij conuentu ab Euangelicis petijissent, cur diutius Calvinistas in suis ditionibus, nec ferrent, nec esse paterentur. Ego sanè mihi persuadeo, Principes Euangelicos fuisse responsuros, id se maturo deliberatoq; consilio fecisse: vt vniuerso orbi constaret eam religionem quam profitentur, puram & verè christianam esse, omniq; labe carere. Hic omnes pios lectores & pacis tranquillitatisq; publicæ studiosos oro, vt diligenter perpendant, quanta lætitia & animi alacritate, hoc Euangelicorum decretum ab omnibus Pontificijs receptum comprobatumq; fuisset. Ex ijs verò manifestè sequitur, quòd tum communi omnium ordinum imperij consensu & autoritate decretum constitutumq; fuisset, omnes Calvinistas toto imperio pellendos esse, minimeq; ferendos. Hæc verò si decreta & ab omnibus ordinibus recepta comprobataq; fuissent certo inferri potest, quòd hac ratione bellum Anglicis & Gallicis Ecclesijs omnibusq; alijs, quæ eandem religionem profitentur, non obscurè indiceretur. Insuper, si quis ex Euangelicis in Imperio illi libro concordiaæ non subscripsisset, ille publicè proscriptus fuisset eique aqua & igne interdictum more in Germania vsitato. Iudicent nunc omnes prudentes & politici viri an ij non sint veri effectus actionum & consiliorum illorum Ubiquitariorum? Cogitent præterea omnes sapientes, quid excogitari potuit acutius, vel
hisce

29

hisce medijs commodius ad odium irreconciliabile inter Ecclesias
Germaniæ & alias inter quas est de religione controuersia, exci-
tandum? Nam si ab omnibus ordinibus imperij tam Euangelicis
quàm Catholicis, Ecclesiæ Anglicæ, Gallicæ, Belgicæ, multæque
aliæ quæ sunt eiusdem religionis sub nomine Calvinistarum, here-
seos condemnata fuissent, & sceleratiores Scythis & Turcis de-
clarata, minimæq; in ditionibus imperij ferenda, quæ postea ratio
reconciliationis inter dictas Ecclesias institui aut proponi potuis-
set? Quid verò hisce condemnationibus & execrationibus com-
modius expeditiusq; ad omnes Ecclesias Euangelicas opprimen-
das prorsusq; euertendas? Hic haud dubiè mihi obijciat aliquis,
Reges & Principes Protestantes prudentiores esse, quàm qui per-
misissent horum Theologorum consilia, hisce artibus ad tales ef-
fectus peruenire. At si morbus tantas & tam profundas radices
egisset, quibus remedijs postea curari potuisset? Nam quàm pa-
rum abfuerit quin illorum Vbiquitariorum consilia, ad eum finem
quem cupiebant perducta sint, effectus ipsi aperte demonstrant,
vt plenius & euidentius declarabo.

Nam ego pro certo affirmare possum, Serenissimum Gallorum
Regem Henricum, cum in Polonia esset constituisse, se pacem in
Regno Galliarum sincere seruaturum esse, nec passurum, vt bellis
civilibus rursus implicaretur. Certum etiam est, cum ille in Ita-
liam venisset, Pontificios nullis argumentis nec rationibus ve-
hementioribus nec vrgentioribus vltos esse, ad eum impellendum
vt bellum Euangelicis sui Regni inferret, quam quod Protestan-
tes Germaniæ eos hereseos condemnarent, minusq; Turcis &
Scythis ferendos esse publice declararent: quos si ille (qui Chri-
tianissimi Regis nomen haberet) tueretur & defenderet, cum
vniuersum orbem in se concitaturum esse. Rex verò ille hisce ma-
chinis & tormentis adortus, & tandem victus, bellum suis subditis
Euangelicis intulit, illosq; in eas angustias redegit, vt nec terra,
nec mari vllas haberent copias, quas Regijs exercitibus opponere
possent:

possent: At cum omnes Evangelici de sua salute desperarent, tunc Deus afflictarum Ecclesiarum misertus, Regis illius animū mouit, flexitq; ita ut pacē tolerabilem ipsis concesserit: eamq; inuolantam hactenus cōseruarit: idq; Pontifice Romano & suae factionis Principibus inuitis ac indignē admodūq; agrē ferētibus: Hac veriora sūt & manifestiora, quā qua testimonio aut alia p̄batione indigeāt.

Notum etiā omnibus est, Seram. Angliae Reginam apertē Euangelicos Regni Gallicae inuise, liberaliterq; ipsis subuenisse. At cum sapientis sit prouidere futura, nec tantum considerare quid euenerit, sed etiā quid accidere possit, ut quae nocitura sunt, maturē sua prudentia impediat & auertat. Perpēdant Reges & Principes Euangelici Gallicis Ecclesijs oppressis atq; euerhis si Catholici totis viribus Seram. Angliae Reginā adorti fuissent, in quo periculo illa versata fuisset? à quibus auxilia expectasset, cū Euangelici Germaniae illam hareticā esse pronuntiaissent? Vos Reges & Principes Protestantes, vos Germania Principes Euangelici, ubi nā est illa uestra antiqua animi magnitudo, iusticia, integritas, & aequitas, ceteraq; aliae virtutes quae vos hactenus toti orbi commendarunt? Vobis manifestē constat Deum singulari misericordia afflictas Ecclesias ex praesentibus & certis periculis liberare: & uestri Vbiquitarij illas apertē oppugnant & euertere conantur.

Serenissima Angliae Regina ab his Vbiquitarijs, multiq; alij Reges & Principes haeceos publicē condēnati sunt. Qui à vobis amantē & quasi supplices petunt ut audiantur: vbi? In Germania: Coram quibus? coram illis Principibus qui tantopere de Sanctitate suae religionis gloriantur. Et id tamen ab illis impetrari non potest. Quid si Turcae & Scythae à vobis condēnati essent, orarentq; ut audirentur, qua aequitate, quibus legibus id ipsis denegaretur? Et nos de nostra religione gloriabimur.

Vos pijs & aequissimū censors Theologi, quid vnquam aliud Lutherus, Bucerus, Melanthō, & alij doctissimi Germaniae Theologi ardentibus votis à Deo maximo petierunt? quid magis vserunt quam


32

quàm vt ipsis cum aduersarijs de articulis controuersis in religione publice conferre liceret? Vos scitis Carolum V. Imperatorem & alios etiam Imperatores id ipsis non grauatè concessisse. Vos verò Sancti Patres cur tā accuratè impeditis, ne Serenissima Angliæ Regina ab Euangelicis Germaniæ Principibus idq; in Germania audiatur? Vos certè (si vera dixeritis) ita respondebitis. Nos Serenissimæ Angliæ Regiæ, & multis alijs Regibus & Principibus Euangelicis expressè impudentissimè detraximus, eosq; grauissimis iniurijs affecimus, imo hæreseos condemnauimus, vt tot tamq; acerbis criminibus commoti idem de Principibus Germaniæ statuerēt, & tandem ealibertate, suum honorem, & pijsimarum Ecclesiarū ipsis à Deo commissarum innocentiam tuerentur, qua nos turpiter & malignè eorum famam lacerauimus. Vt irritatis Principum vtrinq; animis, omniq; spe reconciliationis sublata, facilius omnes ab hostibus circumuenirentur, opprimerenturq;. Papismus verò in integrum restitueretur: si sunt vestra institutæ cōcordiæ fructus sancti Patres, is est laudatissimus vestrorum consiliorum finis? O iusta & admiranda iudicia tua Domine. O Principum Euangelicorum cœcitas & negligentia in tantis Reip. periculis & perturbacionibus. O immoderata talium Theologorum libertas, autoritas, & intoleranda superbia. Vos Reges & Principes Euangelici, rursus per nomē Sanctum Dei oro, vt magnitudine imminentium periculorum perspecta, seriò de vera inter Ecclesias Christi recōciliatione cogitetis, quod certè erit facillimum, si controuersiarum causas rectè atq; integrè intellexeritis: & res ad salutem necessarias, à non necessarijs distinxeritis. Theologos verò in officio continueritis. Nam in ijs, Reipub. & Ecclesiarum Euangelicarum salus consistit: Deus Pater Ihesu Christi, suo spiritu sancto, mentes Regum & Principum Euangelicorum illuminet, eorumq; corda moueat, vt sublatis contentionum causis, pax & tranquillitas Christi Ecclesijs communibus omnium consilijs, consensu & autoritate restituantur. Amen.

FINIS.

28
 quum ut ipsi cum adversariis de articulis contrariis in religione
 publice consentire liceret. Vos scitis Carolum V. Imperatorem &
 alios enim Imperatores id ipsi non gravate concessisse. Vos vero
 sancti Patres cur ea accuratè impeditis, ne secundum Angliam Re-
 gium ad Evangelicam Germaniam Principibus id in Germania in-
 ducant. Vos certe (si vera dixeris) non respondetis. Nos se-
 niamus Angliam Regiam & multas alias Regibus & Principibus sua
 gelicis expresse impudentissimè detrahere, & gravissimas in-
 iurias affectum inno habentes contra homines ut coram deo acor-
 dia criminibus commotis idem de Principibus Germaniam statueret
 & tandem ex libertate suam honorem & dignitatem & Ecclesiam
 ipsi a Deo commissam inno certam tuerentur, quos nos turba-
 ver & malignè coram summae sacrae. Veritas Principum
 veritas animis omnia: se reconciliantibus sublati facilius omnes
 ab hostibus circumvenirentur, opprimerentur: sapientia vero
 in integrum restitueretur. Si sunt vestrae, tunc concordia sua sua
 sancti Patres est laudabilissimus vestrorum conditorum suus. O
 iustis & admodum iudicibus Domine O Principum Evangelico-
 rum coram & negligentia in tantis Republicis & Imperiis
 impus. O moderata illius theologorum libertas, auctoritas &
 incolenda libertas. Vos Reges & Principes Evangelicorum
 per nome sanctum Dei oro, ut magnitudinem innumera per ea
 tantum perperam sentis de vera inter Ecclesiam Christi reconciliatio.
 necogitatis quod certe erit facillimum, si contrarium curas
 cogitatis, ut magis intellexeris: & res salutem necessitas non
 necessitate dixeris. Theologos vero in officio commendatis.
 Nam in his Republicis & Ecclesiis Evangelicam salutem consistit:
 Deus Pater Ihesu Christi suo spiritu sancto, mentes Regum &
 Principum Evangelicorum illuminet, eorumque corda moveat, ut
 sublati contentionum curis, & turbulentiis Christi Ecclesiam
 omnibus omnium consilio consenti, & auctoritate restitua-
 tur. Amen.





153633


AB: 153633


ULB Halle 3
003 878 910



Sb.







R A T I O

ineundæ Concordiæ

inter Ecclesias Reformatas.

Siue

Quibus modis occurri possit mirificis
artibus, quibus Pontificij per quosdam impruden-
tes Theologos vniuersas Christi ecclesias potissi-
mum autem & primum Germanicas pessundare
conantur.

*Dissipa Domine consilium
Ahitopelis.*

1579.

